

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110

Exercitationes theologicae - Ettenheim-Münster 109 - index omnium in
univ. theol. 4 tomis distincta contentarum

Cartier, Gallus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Exercitatio XIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-111021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111021)

cent Leges jam esse institutas, priusquam promulgentur. Ergo eorum
sententia magis recedit à Doctrinâ S. Thomæ, quam opposita.
Contra Responsum ad Inst. est; quia, ut supra dictum est, essen-
tia legis est de genere actus secundi, ac prout lex, que non ha-
bet virtutem, quantum est ex se, obligandi in actu secundo, non
est Lex completa et perfecta.

Contra Responsionem ad Argumentum 2^{um} est; quia S. Tho- 332.
mas, definens legem, inferit definitioni illius promulgatio-
nem non in obliquo, sed in recto; quod indicio est, promul-
gationem non solum ingredi rationem legis veluti condi-
tionem sine qua non, sed potius veluti constitutivum essen-
tiale. Præterea imperium, quod est de essentia legis, nihil
est aliud, quam præceptiva intimatio. Atqui hæc intima-
tio est ipsa promulgatio. Ergo p.

Contra Responsionem ad Argumentum 3^{tium} jam dictum 333.
est essentiam legis esse de genere actus secundi, quod valen-
eo patet, quod Lex sit quodam regula, eique essentialis.
Atqui regula pertinet ad actum secundum ut patet. Ergo.

Tandem contra Responsionem ad Argumentum ultimum 334.
est; quia si semel instituta et constituta sit Lex per su-
am rationem formalem, jam sufficienter applicatur
per notitiam, quam de eâ habent subditi, quomodocum-
que denique eam acquisierint; non enim ex aliâ ratio-
ne requiritur applicatio, nisi ut Lex eis innotescat, pro
quibus lata est.

Exeritatio XIX.

335.

De ratione formali constitutivâ
ipsius peccati.

Ad Proem. n. 13. et c. 2. n. 174. part. 2. Trait. 6. Theol. p.

Controversia est inter Theologos, an peccatum commissio-
nis quoad suum esse formale consistat in positivò, an verò
in negativò. Quod priusquam expendamus, quædam
prænotanda veniunt.

§. I.

2. Col. p. 298.

Quædam præmittuntur ac præsupponuntur
tanquam certa.

Suppon. 1^o Malum dupliciter considerari posse; 1^o prout
est tale simpliciter, et sic opponitur bono transcendentia-
li, omnique bonitatis et perfectionis carentiam importat.
2^o considerari potest prout est malum secundum quid,
sive respectivè: et illud triplex est, scilicet naturale, ar-
tificiale, et morale. ; nunc dicitur illud, quod pri-
vat Subjectum perfectione quâdam sibi naturaliter de-
bita, sic cæcitas est malum naturale respectu oculi.
3^{um} dicitur, quod privat artefactum perfectione ali-

quò sibi debita; iuxta regulas artis; sic se habet Natura de-
fectuosa. 3^o tunc vero est illud, quò privat actionem creatu-
ra à rectitudine sibi debita.

Suppon. 2^o. Peccatum commissionis, in ratione mali, simpli-
ter in privatione consistere, et nullatenus in aliquo posi-
tivo, cuius ratio est; quia omne positivum bonitatem saltem
transcendentalem importat. Atqui malum simpliciter om-
nem omnino excludit bonitatem. Ergo malum simpliciter non
nisi in privatione constitui potest. Min. constat ex eo, quò
malum simpliciter opponatur bono transcendentali. Ergo hoc ipse
est exclusivum ipsius. Maj. prob. quia omne positivum est
transcendentaliter ens. Ergo etiam est bonum transcenden-
tale; bonitas enim transcendentalis est pars entis.

Suppon. 3^o. In peccato commissionis plura reperiri: 1^o
ipsum esse materiale, seu ipsa entitas actus humani, quò pecca-
tor se avertit ab ultimo fine suo. 2^o. Conversionem seu ten-
dentiam in objectum quò legi disponum. 3^o. plures pri-
vationes ex hac tendentià et ordine dimanantes, puta
privationem rectitudinis debita, privationem gratia, pri-
vationem conversionis ad Deum cum ultimo fine, et tan-
dem privationem gloria saltem causaliter.

Suppon. 4^o. Hic questionem non moveri de peccato omis-
sionis; nam communis docent Doctores rationem formalem
constitutivam peccati omissionis in privatione repositam
esse, eo quò peccatum omissionis solet defini, quò sit la-
rentia seu privatio alicuius actus debiti, et lege precepti.
Unde tota difficultas versatur circa peccatum commissionis.

S. II.

Proponuntur Argumenta eorum, qui ra-
tionem formalem constitutivam peccati com-
missionis reponunt in positivo.

Argumentum primum petitur ab auctoritate S. Thome. cui
i. p. q. 48. a. 1. ad 2. postquam dominus bonum et malum in
moralibus tantum esse differentias específicas, tandem sic
concludit: Malum morale est differentia constitutiva spe-
ciei; quia malum in moralibus positive aliquid dicitur.
atque nulla privatio positive aliquid dicitur, nec est con-
stitutiva speciei. Ergo. Et q. 2. de malo a. 11. ad
13. sic ait: Peccatum non est privatio pura sicut tenebre,
sed est aliquid positive. Item hic q. 72. a. 9. ad 1. Ma-
lum, inquit, in quantum huiusmodi privatio est, et ideo
diversificatur specie secundum ea, quò privantur, sicut
et cetera privationes. Sed peccatum non sortitur speci-
em ex parte privationis vel aversionis, ut supra dic-

4

336.

tum est, sed ex conversione ad objectum.

Resp. Ad. S. Doctorem non loqui de malo morali in abstracto, sed de malo morali in concreto, prout scilicet etiam involvit tendentiam physicam ac materiales regulis morum difformem.

Iust. Augustinus Doctor lovis citatis intendit facere discrimen inter malum morale et malum simpliciter, atqui si peccatum involveret aliquid positivum tantum ratione substrati et materialis, discrimen illud non subsisteret; cum etiam malum simpliciter in bono fundetur et pro materiali substrato aliquid positivum importet.

3. Col. ps. 269.

Resp. Discrimen, quod S. Doctor constituit inter malum morale et malum simpliciter, consistit in eo, quod malum morale habeat sibi adjunctam positivam tendentiam in ordine ad objectum legi aeterno difformem, qua peccato tribuit speciem; consequenter quoad rationem specificandi se habet ut formale, quod in aliis malis, nimirum coecitate aut tenebris non contingit; licet utroque ratio mali formaliter habeatur per privationem. Sic enim docet idem S. Doctor in 2. sent. Dist. 34. ubi sic ait: Mala actio specificatur ex ordine ad finem debitum, cui admitteretur privatio finis debiti, ex quo ratio mali incidit.

Argumentum 2. dum Actus humanus v.g. Odii Dei, habet rationem mali morali, priusquam in eo concipiatur privatio rectitudinis. Ergo in ea constitui nequit ratio formalis peccati. Cons. patet. Prob. ant. Antecedenter ad omnem privationem rectitudinis debita dicit ille actus ordinem tendentiae ad objectum prohibitum seu legi difformem. Atqui ut sic est malum morale et peccaminosum. Ergo p. Maj. constat; quia talis privatio resultat tanquam ex causa ex eo, quod actus humanus terminatur ad objectum positivum. Min. prob. Inia actus ille odii, quatenus praesens pro illo priori terminatur ad hunc objectum, antecedenter ad privationem accipit ab illo aliquam speciem in genere moris. Atqui non accipit speciem boni et virtutis, ut patet. Ergo accipit speciem mali et peccati.

Resp. 1. Positivum hunc ordinem tendentiae ad objectum legi difformem, prout prioritate naturae antecedit privationem rectitudinis tantum esse malum fundamentaliter, non vero formaliter.

5

Verum hac responsio plane non sufficit; nam contrarie urgeri potest: Pro illo priori intelligitur tendentia esse mala formaliter, et non solum fundamentaliter, pro quo intelligitur non solum fundamentaliter, sed etiam formaliter difforma legi: sed pro priori ad privationem debita rectitudinis tendentia intelligitur non solum fundamentaliter sed etiam formaliter difforma legi et rationi. Ergo p. Maj.

patet; quia ad formalem malitiam plus non requiritur, quam formalis difformitas ac difsonantia ad Legem. Min. vero prob. pro illo priori tendentia intelligitur formaliter difsona legi, pro quo intelligitur tendere in objectum legi difsonum; nam ex objecto refunditur formalis consonantia aut difsonantia in actum. Atqui pro illo priori intelligitur tendere in objectum difsonum legi.

Ergo p. missa hanc ergo responsione

Resp. 2. Non posse intelligi, quod humanus actus tendat in objectum difsonum legi, nisi simul intellecta privatione aut negatione tendentia ad objectum consonum legi; quia conipitur ut defectuosa, ac proinde debita rectitudine privatus, et ita pro nullo priori posse actum illum sumere speciem ab objecto difsoni, quin etiam sumat a privatione.

338. Argumentum 3^{ium}. Si malitia peccati formaliter in positivo reponi non debet, tunc ideo, quia huiusmodi malitia in Deum refundatur esse in causam. Atqui haec ratio nulla est; quia hoc ipsum Adversarius solvendum incumbit. Prob. Min. Fundamentum privationis rectitudinis reduplicative ut tale est aliquod positivum. Ergo si Deus est causa omnis positivi in peccato, etiam erit causa huius fundamenti, ac proinde etiam privationis debita rectitudinis, immo illa necessario resultat ad positionem fundamenti.

4. Colys 2. Resp. Neg. Suppos. Quod scilicet aliquod positivum in peccato commissionis reperitur sit fundamentum privationis; nam totum fundamentum privationis est ipsa voluntas ex nihilo facta ac deficiens. Unde cum ista non terminat causalitatem Dei, consequens est, quod, licet Deus suo concursu positivo attingat omne positivum in peccato commissionis reperitur, non tamen attingat fundamentum malitiae privationis.

339. Argumentum 4^{um}. Dantur peccata, in quibus nulla potest esse privatio rectitudinis. Ergo dantur peccata, quorum ratio formalis in privatione consistere nequit. Prob. ant. v.g. Odium Dei, Blasphemia, p. sunt incapacia debita rectitudinis; nunquam enim Deum justè odire, aut blasphemare possumus. Ergo privatio debita rectitudinis in illis esse non potest.

Resp. 1. Non deberi quidem huic actui v.g. Odio Dei rectitudo, quatenus est formaliter odium Dei; sed tantum deberi quatenus est actus humanus in genere; et sic propterea privari debita rectitudine.

Resp. 2. Subjectum privationis rectitudinis debita non esse ipsum actum Odii, sed solum hominem aut voluntatem. Unde dicunt carentiam rectitudinis in illo actu Odii, si consideretur respectu ipsius actus secundum se, habere quidem rationem negationis et non privationis; at respectu voluntatis habere rationem privationis moralis, quoniam voluntas, cui actus est malus, est incapax rectitudinis moralis, v.g. dilectionis divinae, quam tenetur habere.

Quoniam et sic de ratione animalium

Quod dicitur in Aristotele de animalibus quod animalia non sunt rationabilia...

Et sic patet quod animalia non sunt rationabilia...

Quod dicitur in Aristotele de animalibus quod animalia non sunt...

Quod dicitur in Aristotele de animalibus quod animalia non sunt...

tenhorum in regno maliciae per se propter inordinatam habitum rectitudinem.
Respondeo, quod defectum privationis est inordinatus habitus non solum in
se, sed etiam in ordine ad alium. hoc videtur ex eo, quod inordinatus habitus
est inordinatus in se, et in ordine ad alium. sic inordinatus habitus est inordinatus
in se, quia inordinatus est in se, et in ordine ad alium. sic inordinatus habitus
est inordinatus in se, et in ordine ad alium. sic inordinatus habitus est inordinatus
in se, et in ordine ad alium. sic inordinatus habitus est inordinatus in se, et in ordine
ad alium. sic inordinatus habitus est inordinatus in se, et in ordine ad alium.

340.

S. III.

Proponuntur ac Solvuntur Argumenta opposita
Sententiae.

Argumentum 1^{um} petitur ex testimoniis SS: Patrum
1^o S. Dionysius c. 4. De div. nom. dicit, Malum esse priva-
tionem, et toto illo capite sapienter nominibus privationem
importantibus illud appellat, qualia sunt, infirmitas,
vacuitas, defectus. 2^o S. Basilius in Constit. Monast.
c. 7. sic ait: Vitium omne et improbitas in boni privatione hu-
am habet formam. 3^o Suffragatur S. Augustinus lib. 12. de
Civ. c. 7. 4^o S. Damascenus lib. 2. de fide c. 24. ait: Ma-
lum nihil est aliud nisi boni privatio, haud scilicet nimirum ac
tenebra nihil aliud sunt, quam luminis orbitas. Eadem lo-
quuntur multi alii Patres.

Resp. Ad. SS: Patres, ut efficacius nos a peccato avocant
plerumque de illo loqui modo Oratorio, et magis attendere ad
affectus, qui ex eo sequuntur, quam ad quidditatem illius in
rigore metaphysico spectatam. Quare quando vocant pecca-
tum privationem, loquuntur in sensu causali non formali,
ut vel ex eo patet, quia sapienter agunt de privatione gratiae et
gloria aeternae, in qua utique ratio formalis peccati non con-
sistit. Deinde SS: Patres dicunt peccatum esse privatio-
nem ac nihil, tum quia parit varias privationes, quae sunt
nihil; tum quia moraliter facit, ut homo sit nihil seu
nullius sit partem; iuxta illud Off. ad nihilum redactus sum,
et nescivi. Possunt praeterea intelligi de peccato ha-
bituali, quod consistit in privatione.

341. Argumentum 2^{um} petitur specialiter ab auctoritate S.
Thomae. In 3. cont. Gent. c. 4. expressè dicit: Malum ni-
hil est aliud, quam privatio ejus, quod quis natus est et de-
bet habere. Et q. 1. de malo, a. 1. Malum, inquit, non est
aliquid, sed est ipsa privatio alicujus particularis boni. Item
i. p. q. 48. a. 1. dicit, quod nomine mali significatur quaedam
absentia boni.

Resp. S. Doctorem intelligendum esse de malo simpliciter,
quod in sola privatione consistere patet ex not. seu suppos. 1^o
S. 1. non vero de malo respectivo, sive physico sive morali; quia

ratione etiam sunt explicandi SS. Patres priori Argumento adducti.

Præterea dici potest, quod tunc S. Thomas, tunc alii SS. Patres loquantur de privatione, ut est in fieri, non ut est in facto esse. pro quo sciendum est, quod licet mos dupliciter considerari potest, id prout est in fieri, quâ ratione est aliquid positivum, est enim ipsa causa, ad quam loquitur mos, cuiusmodi est v. g. morbus. 2.º ut est in facto esse, et sub hac ratione est pura privatio vitæ. Ita similiter privatio rectitudinis alicujus actus potest considerari vel prout est in fieri, et hoc modo est aliquid positivum, ipse videlicet ordo tendentia in objectum ut legi disponum, vel prout est in facto esse, et hic est pura privatio. De primo igitur modo intelligendi sunt SS. Patres, non de secundo.

Iust. S. Thomas q. 18. a. 1. asserit, actum esse malum, in quantum aliquid ei deficit de plenitudine essendi. Et hinc q. 71. a. 6. dicit, quod actus humanus habeat, quod sit malus, ex eo, quod careat debita commensuratione, id est, rectitudine. ubi vides, nullam hinc fieri mentionem malitiae positivæ.

Resp. S. Thomam intelligendum esse in sensu ibi activo ac consecutivo, non autem in sensu formali; ita ut velit, eandem dignosci actum esse malum, si careat debita rectitudine, sicuti dicitur, quod sol luere dignoscatur, quia dies est.

Dicit S. Thomas q. 85. a. 4. expressè ait: quod privatio sit essentialiter ipsum peccatum. Ergo saltem hinc loquitur in sensu formali.

Resp. S. Doctorem hinc tantum sermonem habere de peccato omissionis, non veri commissionis. Invat ejus verba referre: Est etiam, inquit, quoddam bonum, quod est ipse actus ordinatus, quod etiam habet suum modum, speciem, et ordinem, et hujus; nempe prædicti actus: privatio est essentialiter ipsum peccatum. At privatio actus peccatum omissionis constituit, non veri commissionis. Ergo ibi Anglicus Doctor loquitur de peccato omissionis duntaxat, et non commissionis.

Iust. S. Doctor 3. p. q. 86. a. 4. ad 1. docet, quod culpa mortalis utrumque habeat et aversionem à Deo, et conversionem ad bonum creatum: sed aversio à Deo est ibi sicut formale, conversio autem ad bonum creatum sicut materiale. at ibi loquitur de peccato commissionis. Ergo p.

Resp. S. Thomam ibi non loqui de peccato actuali, sed de habituali duntaxat, quod est terminus à quo justificatio nis, et consistit in privatione gratia sanctificantis, quæ est aversio à Deo in facto esse.

Argumentum 3.º petitur ex præcipuo Adversariorum 342. fundamentis. Si peccatum commissionis in aliquo positivo consisteret, sequeretur peccatum in ratione peccati Deum proprie causam habere, sed Deum proprie illius esse causam.

Atqui hoc repugnat Divinae Sanctitati. Ergo p. Prob. seq. maj.
Omne ens reale et positivum efficienter est à Deo, Deusque illius est
causa efficiens. Ergo si peccatum commissionis in aliquo Ente rea-
li et positivo consistit, erit proprie efficienter à Deo, seu Deus
erit proprie illius causa efficiens.

Resp. 1^o Cum Distinctione ult. ant. Omne reale positivum
physicum seu per physicam actionem productum efficienter
est à Deo, con. Omne reale positivum resultans tantum
ex ipso actu, et prout est tantum aliquid oppositum Enti
ficto et nihilo, neg. ant. Ad hoc enim non concurret Deus,
concursus namque Dei est influens physicus, formalitates
verò non produuntur physice, ut patet in relationibus.

C. Col. p. 272

Resp. 2^o Neg. seq. maj. ad ejus prob. Dist. ant. Omne ens re-
ale et positivum efficienter est à Deo secundum quod est
quid physicum, con. Secundum quod est quid defectuosum mo-
rale, neg. ant. p. Ad hoc enim ut Deus sit causa peccati forma-
lis, non sufficit, ut sit causa entitatis actus, prout entitas phy-
sica est, sed requiritur, ut sit causa illius secundum quod est
malitia moralis. Ratio autem, ob quam Deus non sit causa illi-
us, prout est malitia moralis, haec est; quia Deus concurret
ad illum actum ut causa prima et universalis, non verò ut
causa moralis et cum debito morali non operandi.

Inst. 1^o Ut est moralis Entitas et contraria Deo, est posi-
tiva. Ergo ut sic est effectus Dei, qui est causa positiva
Entitatis.

Resp. Inod, ut verificetur Deum esse causam totius Enti-
tatis positiva, non requiratur, ut sit causa totius Enti-
tatis sub omni modo, quò ipsa Entitas produitur à parte rei
etiam à causa secunda. Sed satis est, si produatur à Deo quid-
quid positivum est in illa entitate sub alia ratione et sub alio
modo, nampe sub ratione boni transcendentalis. Unde in
forma Dist. cons. Ut sic est effectus Dei secundum rationem
Entitatis physica, quam includit, con. Secundum rationem
Entitatis moralis defectuosa, neg. cons.

Dices. Ergo aliquod ens morale erit independens à Deo tan-
quam à primà causa.

8
Resp. Dist. flat. Ergo aliquod ens morale, quod sit effectus,
neg. quod sit defectus seu potius deformitas, con. flat. quia
defectus et deformitas non potest reduci nisi in causam defi-
cientem.

Inst. 2^o Malitia moralis peccati commissionis in nostra sen-
tentia dicitur in re ipsam entitatem physicam actus facti sig-
comotando in obliquo debitum carnali actui. Atqui Deus
est causa illius Entitatis physica et etiam debiti moralis ca-
rendi illa; quia hoc debitum est tantum denominatioe debita
à lege, cujus Deus est auctor. Ergo Deus est causa actus facti
non solum secundum quod Entitas physica est, sed etiam

secundum quod est Entitas moralis; est enim causa illius, quod dicitur in recto et in obliquo.

Resp. Dist. min. Atqui Deus est causa Entitatis physicae facti et debiti moralis carendi illo per aliquam actionem, per quam unum coniungatur per se cum alio, neg. per actionem qua ex intentione Dei disjungi, aut disponari debissent, conc. min. et neg. cons. ut enim Deus diceretur causa peccati quia talis, non sufficit enim esse causam recti et obliqui, in quibus ipsum consistit; sed ulterius requiritur, ut actio, per quam est causa unius, coniungatur per se cum alio ex intentione operantis. Atqui actio, qua Deus est causa legis non furandi v.g. vel debitum morale ex illo ortum non coniungitur ex natura sua cum Entitate physica facti, sed potius cum omissione illius, neque ex intentione Dei; quia Deus imponens tale debitum non furandi non intendit actum facti, sed potius omissionem illius.

Inst. 3^o Omnis Entitas positiva debet habere aliquam causam per se. Atqui voluntas creata non est causa per se, sed tantum per accidens, malitia moralis, ut docet S. Thomas hic q. 78. a. 1. Ergo si illa malitia consistit in positivo, debet habere Deum tanquam causam per se, cum alia non possit assignari.

Resp. Voluntatem creatam non esse causam per se physicam malitia moralis; quia haec tantum per accidens sequitur ad actionem hominis secundum se consideratam; et aliunde homo, ut nunc supponitur, illam non intendit per se: idque tantum voluit S. Thomas loc. cit. Interim voluntas, ut lege obligata, est causa moralis malitia per se; quia actio hominis moraliter considerata dicit omnia accidentia et circumstantias, quibus investitur, adeoque dicit prohibitionem: at malitia moralis per se coniungitur cum actione ut induta omnibus circumstantiis, et prout subest legi prohibenti.

Inst. 4^o Ex hac doctrina sequitur has contradictorias simul esse veras: Omnis Entitas positiva, quae est in actu furandi a Deo producitur; Aliqua Entitas positiva, quae est in actu furandi a Deo non producitur. nam malitia moralis, quae est in illo actu, est Entitas positiva, et tamen a Deo non producitur.

Resp. Neg. leg. Nam licet omnis Entitas physica et naturalis, quae est in illo actu a Deo producat, non tamen omnis Entitas defectuosa moralis, cuiusmodi est malitia; et in hoc nulla apparet implicatio.

Dices. Inter rationem Entitatis physicae et rationem Entitatis moralis in malitia non datur nisi distinctio virtualis. Atqui haec distinctio in rebus creatis non sufficit, ut una formalitas virtualiter tantum distincta producat aut destruat, altera formalitate non producta aut non destruita; sola enim virtualis distinctio in divinis respecta ad hoc est sufficiens propter infinitam eminentiam Entis divini. Ergo p.

Resp. Dist. min. Distinctio virtualis in rebus creatis ad hoc non sufficit, si utraque formalitas virtualiter distincta sit aequè ab operante producibilis, conc. Si vero una sit producibilis et altera improducibilis, sicut malitia naquit a Deo produci, neg. min.

7. Col. 278

ad hunc
quod dicitur
in recto et in obliquo
Atqui voluntas
creata non est
causa per se
sed tantum
per accidens
malitia moralis
ut docet S. Thomas
hic q. 78. a. 1.
Ergo si illa malitia
consistit in positivo
debet habere Deum
tanquam causam
per se
cum alia non
possit assignari
Resp. Voluntatem
creatam non esse
causam per se
physicam malitia
moralis
quia haec tantum
per accidens
sequitur ad
actionem hominis
secundum se
consideratam
et aliunde homo
ut nunc
supponitur
illam non
intendit per se
idque tantum
voluit S. Thomas
loc. cit.
Interim voluntas
ut lege obligata
est causa moralis
malitia per se
quia actio hominis
moraliter
considerata dicit
omnia accidentia
et circumstantias
quibus investitur
adeoque dicit
prohibitionem
at malitia moralis
per se
coniungitur cum
actione ut induta
omnibus
circumstantiis
et prout subest
legi prohibenti
Inst. 4^o Ex hac
doctrina sequitur
has contradictorias
simul esse veras
Omnis Entitas
positiva quae est
in actu furandi
a Deo producitur
Aliqua Entitas
positiva quae est
in actu furandi
a Deo non
producitur
nam malitia
moralis quae est
in illo actu est
Entitas positiva
et tamen a Deo
non producitur
Resp. Neg. leg.
Nam licet omnis
Entitas physica
et naturalis quae
est in illo actu
a Deo producat
non tamen omnis
Entitas defectuosa
moralis cuiusmodi
est malitia
et in hoc nulla
apparet implicatio
Dices. Inter
rationem Entitatis
physicae et
rationem Entitatis
moralis in malitia
non datur nisi
distinctio virtualis
Atqui haec
distinctio in rebus
creatis non
sufficit ut una
formalitas
virtualiter tantum
distincta producat
aut destruat
altera formalitate
non producta
aut non destruita
sola enim
virtualis
distinctio in
divinis respecta
ad hoc est
sufficiens propter
infinitam
eminentiam
Entis divini
Ergo p.
Resp. Dist. min.
Distinctio
virtualis in rebus
creatis ad hoc
non sufficit si
utraque
formalitas
virtualiter
distincta sit
aequè ab
operante
producibilis
conc. Si vero
una sit
producibilis
et altera
improducibilis
sicut malitia
naquit a Deo
produci neg. min.

Tunc enim distinctio virtualis sufficit, ut una sine altera quia tali producat.

Dicitur 5^o. Omne ens physicum est bonum, cum bonum et ens convertantur. Atqui formale peccati non est bonum, cum sit ipsa malitia et deformitas. Ergo p.

Resp. Dist. maj. Omne ens physicum est bonum bonitate transcendentali, con. bonitate morali, neg. maj. p.

Dicitur. Omne ens physicum est bonum bonitate physica. Ergo omne ens morale, quale est peccatum, etiam erit bonum bonitate morali.

Resp. Neg. cons. et parit. Disparitas est, quod bonitas physica non sit quaedam specialis ratio entis, sed tantum passio entis, ac proinde omnem entitatem physicam consequatur; at bonitas moralis non est passio entis moralis, sed quaedam peculiaris ratio seu species moralitatis. Unde necesse non est, ut sequatur omnem entitatem moralem.

343. Argumentum 4^{um} Sumitur ex aliis variis rationibus. Itaque Arguitur 1^o Quia peccatum ad se non cognoscitur in se per se ipsum, sed per bonum oppositum, ut docet S. Thomas 1. p. q. 15. a. 3. ad 1. Ergo non est quid positivum. Prob. cons. Quia in Deo sunt idea omnium rerum positivarum, quamvis sint talis natura, ut ad eas aliqua privationes vel negationes naturaliter sequantur, ut patet in Side, ad quam consequitur privatio visi; et in Spa, ad quam sequitur privatio posse.

Resp. Doctrinam S. Thomae verissimam esse; quia intelligenda est de peccato, quantum ad entitatem moralem defectuosam, quam habet; non tamen quantum ad entitatem naturalem, que intus imbibita est in ipsa moralitate et malitia constitutiva peccati.

Dicitur. Illa moralitas et malitia est positiva. Ergo aliusque positivi idea non est in Deo.

Resp. In illa moralitate positiva includi rationem entis transcendentalis, et ita illius moralitatis idem esse in Deo, in quantum entitas quaedam est; non autem in quantum est moralitas peccaminosa.

Arguitur 2^o Ratio formalis peccati in communi, ut abstrahit a peccato commissionis et omissionis consistit in sola privatione. Ergo etiam ratio formalis peccati commissionis. Cons. patet; quia

gradus superior consistens in privatione non potest contrahi per gradum inferiorem positivum, sed a fortiori debet contrahi per gradum ejusdem rationis, namque per privationem; atque ita peccatum commissionis nequit constitui in sua specie ex privatione et positivo, sed ex solo privativo.

8. Cf. p. 274 Prob. ant. Quia peccatum omissionis consistit essentialiter in sola privatione actus debiti. Atqui in peccato omissionis includitur integra ratio formalis peccati in communi, sicuti in homine includitur integra ratio animalis. Ergo p.

Resp. Neg. ant. Ad ejus prob. Neg. min. et parit. Disparitas est, quod animal respectu hominis, ac cetera animalia sint genus univocum; a contra peccatum in communi respectu peccati commissionis et omissionis est genus analogum. Unde non est necesse, ut ratio per illud significata sit potius eadem in suis

inferioribus, quod fit, ut alio modo contra hatur a peccato commissionis, et alio modo a peccato omissionis: ab illo quidem per modum alius positivum, ab hoc vero per modum privationis.

Arguitur 3^o Peccatum in genere Entis artificialis solum consistit in privatione conformitatis ad regulas artis. Ergo peccatum in genere moris etiam consistit in privatione conformitatis ad regulas morum.

Resp. 1^o Neg. ant. Inia ejusmodi peccatum et illius malitia consistit in ordine positivo ad effectum producendum contra regulas artis, ad quem ordinem consequitur privatio conformitatis ad regulas artis.

Resp. 2^o Neg. cons. et parit. Disparitas est; quia effectus artificialis mensuratur in se per regulas artium, actio vero humana non mensuratur in se regulis morum, sed mediante objecto, ad quod talis actio terminatur; nam ex eo, quod objectum sit consonum vel dissonum legi, dicitur consonus vel dissonus legi actus, quo tale objectum attingitur.

Arguitur 4^o Peccatum habituale, a quo quis denominatur peccator, postquam transit actus peccati, consistit in pura privatione, ut docet S. Thomas hic. q. 86. a. 1. ad 3. Ergo etiam peccatum actuale commissionis. Prob. cons. quia aliud peccatum habituale, quod, transactio actuali, manet, est species diversum ab ipso actuali, quod implicat.

Resp. Neg. cons. ad ejus prob. dicunt, quod licet in genere natura peccatum habituale distinguatur ab actuali sicut privativum a positivo, in genere tamen moris constituit cum eo unum et idem peccatum numero integrum et ultimo terminatum, ut potest complementum peccati actualis.

Aut. Sunt unum et idem etiam in genere natura. Ergo p. Prob. ant. Inia peccatum habituale et actuale habent se licet factum esse et fieri. Ergo eadem privatio, que ut in facto esse est peccatum habituale, ut in fieri est peccatum actuale: sicut eadem qualitas, que in facto esse est calor, in fieri est calefactio.

Resp. Neg. ant. ad ejus prob. trans. ant. et Neg. cons. a parit. Disparitas est, quod, cum calor sit Entitas positiva, fieri illius potest identificari formaliter cum ipso calore in fieri: at vero fieri privationis non potest esse formaliter ipsa privatio in fieri, sed debet esse aliquid positivum, ad quod ipsa privatio consequatur, quia privatio non fit per se primo, sed per accidens et secundario sequitur. Et est exemplum in tenebris, que fiunt in uno loco per motum localem luminosi in alium locum, ubi fieri tenebrarum non est, formaliter loquendo, privatio luminis, nec est ipsa tenebra in fieri; sed est ipse motus localis.

P.M. p. 275.

3 — Praesens difficultas ex auctoritate S. Thomae certè decidi nequit, nam pro utraq[ue] parte valida sunt ejusdem S. Doctoris testimonia, ita, ut secundum speciem utramque sententiam deesse videtur. Sed neque testimonia ex alijs SS. Patribus adducta sufficienter convincunt adversus, immo sententiam; nam omisso, quòd eis satis convenienter responsum sit, infyces ad rectandum est, primarium horum SS. Patrum institutum fuisse, Manichaeorum confitente haeresim, qui duos fingebant Deos: unum bonum, principium bonorum; alterum malum, principium malorum. Contra quos demonstrant, naturam, hoc ipso quòd sit, bonam esse et à Deo conditam; malum vero non esse naturam, sed naturam corruptionem, pro natura non intelligentes autem accidentalem, qualis est peccatum, sed rem substantentem, qualem intelligebant Manichaei naturam malam, ut aperte colligitur ex S. Augustino Tom. 7. lib. de perfect. justit. Ratio. 4. Undè, ut constare videtur, tota hujus controversiae definitio magis pendet à ratione, quam ab auctoritate. Et quia prima sententia firmioribus stabilior videtur Argumentis, quam secunda, idèo illam huic praefendam esse existimamus.

Porro primam sententiam gravioribus momentis pro secunda suffultam esse inde liquet, quia vis 2^{di} Argumenti, quòd sane hujus sententia palmarium est, per responsa Adversariorum neutiquam infirmatur. Nam

345. Contra responsionem 2^{dam} obstat 1^o Auctoritas S. Thomae in 4. Dist. 16. q. 3. a. 2. quæstionum. 1. ad 2. dicentis: fundamentum aversionis est conversio in peccatò. Et q. 2. De malo. 27. ad 1. ait: Inordinata conversio ad bonum commutabile est causa aversionis. Ergò ex S. Thomae prior est conversio seu tendentia in objectum legi disponum, quam sit ipsa aversio seu privatio debita rectitudinis.

Contra est 2^{do} Divisio carentia tendentia actus humani in objectum debitum fundatur in tendentia ejusdem actus ad objectum indebitum. Ergò hæc est prior, ac proinde prius concipitur actum humanum tendere in objectum disponum, quam esse privatum debita rectitudine.

Dices. Hoc ipso, quòd terminetur ad objectum legi disponum, terminatur ad illud, ut est causa privationis rectitudinis; et idèo intelligi nequit tale objectum, nisi intellecta privatione.

Contra est; quia licet ita sit, adhuc tamen manet Argumentum; illa enim tendentia et terminatio ad objectum legi disponum, ut est causa talis privationis, est quid positivum. Sed ut sic, est prior. Ergò pro priori, prioritate nihil est natura, concipitur ipsa tendentia, quam privatio ex ipsa resultans.

346. Contra responsionem ad Argumentum 3^{tim} sic conficitur Argumentum: Val illa voluntas deficiens seu destituta

debita directione rationis practica dicit aliquid positivum, vel solum
aliquid privativum seu negativum. Si primum, tunc dicit argumen-
tum. Si secundum, ergo privatis in negatione fundari poterit,
quod non admittitur.

Contra iam Respons. ad Argum. 4^{um} et ultimum est; 347.

quia actus ille consideratus precise secundum rationem com-
munem actus humani non est neque potest esse subjectum
illius rectitudinis particularis, v.g. dilectionis divinae. Ergo
neque est subjectum privationis talis rectitudinis; sicut quia
homo secundum gradum corporis non est subjectum potentiae
visivae, ideo neque secundum eum est subjectum civitatis.

Ant. in quo est difficultas sic prob. Quia illa rectitudo par-
ticularis non est debita actui humano sicut in communi,
alioquin nullus actus humanus posset esse bonus sine ea. Ergo
actus odii Dei, de quo loquimur, consideratus precise secun-
dum rationem communem, neque est neque esse potest
subjectum illius rectitudinis particularis. Ergo nec subjectum
privationis illius rectitudinis. patet hac ultima consequen-
tia; quia carentia rectitudinis actualis non habet ratio-
nem privationis moralis, nisi ut ipsa rectitudo est debita.

Contra 2^a iam Responsionem est; quia in personam aut vo-
luntate, quando operatur contra preceptum negativum,
nullum aliud debitum intelligimus esse nisi non operandi
v.g. debitum, quod habebat, qui odio habebat Deum, et
non habendi tale odium; minime vero esse aliquod de-
bitum recte operationis.

Confirmatur. Quia negatio, quae est in actu, non ex-
cludit immediatam rectitudinem a potentia, sed ab actu.
Ergo non est privatio immediata respectu potentiae,
sed respectu actus, atque adeo actus erit capax rectitudi-
nis moralis, et ad illam obligatus, quod iam constat esse
falsum.

Exercitatio XX.

347.

De peccato habituali, ac ejus formali con-
stitutiva ratione.

Ad part. 2. Trait. de Peccatis, item ib. c. 1. §. 4. n. 166. et 173.
Tom. 3. Theol. Univ. Trait. 6.

Constat post peccatum actuale peccatum in anima
peccatoris remanere maculam ea illo productam, per
quam anima dicitur abominabilis, maculata, ac Deo invi-
sa. Tota pulchra es amica mea, inquit sacer textus Cantic.
4. et Ms. macula | en peccatum habituale: | non est in ta.
Itam usque in presentem diem macula hujus Peccatoris in vo-
bis remanet. Josue 22.

Disceptant autem hic inter se Thomista, et ii, quos Re-

2. Col. p. 276